

CAPVT X.

*De S. Scriptura.*

I.

**N**um de salute sufficienter homo institu-  
ti possit ex libro natura? N. ex Rom. I.  
Ideo Deus adjecit librum Scripturae.

2. *An liber Scripturae semper fuerit in ecclesia?* N. Nam Deus ab initio instituit homines viua voce.

3. *Cur viua vocis usum Deus non serua it?* Quia cum ecclesia non amplius in familijs fuit conseruata, sed longius est propagata, constituta certae politicae forma, Deus voluit verbum suum literis manda-  
ri.

4. *An verbum DEI, quod est in literas re'atum, sit loco viua DEI vocis?* Ita est. Manet enim idem DEI verbum, quantum ad rem & substantiam attinet, siue proferatur viua voce: siue literis consignetur.

5. *Quot modis dicatur verbum DE I*  
Est 1. verbum eterne generationis, vt Chri-  
stus. 2. verbum omnipotentis creationis, vt  
Gen. 1. Esto lux. 3. verbum interna operationis, quod sonat in cordibus nostris. 4.  
verbum externa enuntiationis, adeoque